

ob factam denunciationem ipsius Interesse hic versetur, quandoquidem, vel exinde gratiam iudicis se consecuturum, vel etiam se ulturum, vel invidiae suae effectum erga istum se habiturum sperat. Blumbl. ad h. art. p. 69. Caeterum Imperator non requirit Confessionem & probationem *conjunctim*, sed *disjunctim*; aut enim per confessionem propriam, aut legitimam probationem convictus demum reus condemnari debet: Quoniam in disjunctivis orationibus sufficit alterutram partem esse veram. Sufficit itaque ad condemnationem vel reum confessum: vel convictum esse, de quo *supra artic. 16.* dictum.

ARTIC. XXIII.

Quomodo indicia, quae ad torturam sufficiunt, probari debeant.

Wie die gnugsame Anzeigung einer Missethat/bewiesen werden soll.

Inne jede genugsame Anzeigung / darauff man peinlich fragen mag / soll mit zweyen guten Zeugen bewiesen werden / wie dann in etlichen Articuli / darnach von genugsamer Beweisung geschrieben stehet. Aber so die Hauptsach der Missethat mit einem guten Zeugen bewiesen würde / dieselb / als ein halb Beweisung / machet ein genugsame Anzeigung / als hernach in dem 30. Articuli anfahend: Item / ein halb Beweisung / als so einer in der Hauptsache / re. erfunden wird.

AD ARTIC. XXIII.

ARGUMENTUM.

Indicium, ad quod res torquendus est, duobus idoneis testibus probari debet: Quid si vero unus saltem adsit testis, omni tamen exceptione major, qui id, quod praecipuum est, in crimine probat, is semiplenam probationem facit de veritate delicti & quibusdam concurrentibus circumstantiis, nisi praesumptiones pro reo extant in contrarium, utique is torqueri poterit.

EXE-